Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



dolis hostium lacedemonij sequebantur his armatae mulieres longius ob
uiam exierunt: quae cum uiros suos cernerent paruire se ad pugnam: q̃ pu
tarent messenios esse: corpora nudauerunt: At illi uxoribus ignotis &
aspectu in libidinem concitati: sicut erant armati: promixti sunt utrq; pro
miscue. Hec h. cicabat discernere sic nuncupat. ab hisdem antea missi ciui vir
ginibus: ex quibus sunt pthenij nati: propter huius facti memoriam e
dem veneri armatae simulacrum posuerunt: Quod tam & hi causatur
pi venit: tamen honestius videtur armatam venerem consecrasse: q̃ calua:
Eodem tempore Iouj quoq; pistori ara posita est: q̃ cum inquiete monui
set: ut ex omni frumento quod habebant: panem facerent: & in hostiu
castra iactarent: coq; facto soluta esset obsidio desperantibus gallis imperari
posse romanos: quae ista religionum derisio est: Si earum defensor
essem: quid tam grauiter possem: q̃ deorum nomen in tantum venisse
contemptum: ut turpissimis nominibus ludibrio habeatur: Quis no
rideat fornacem deam: Vel potius doctos uiros coelebrandis fornacalibus
operari: Quis cum audiat deam mutam: tenere risum queat: Hanc
esse dicunt: ex qua sint lares nati: & ipsum larum nomen manat: Vel larum
dam: Quid praestare colenti potest: quae loqui non pot: Colitur & Cae
ca: quae Hercili fecit iudicium de furto boum: diuitatem consequuta:
quia prodidit fratrem: Et cunina: quae infantes cuetur in cunis: ac fal
cinum submouet: Et stercutius: qui stercorandi agri rationem primus
induxit: & Tutinus in cuius sinu pudendo mubentes presidebant: ut
illarum pudicitiam prior deus delibasse uideatur: & mille alia portenta
uriam uanores: qui haec colenda susceperunt: q̃ aegiptios esse dicam
us: qui monstruosa & ridicula quaedam simulacra ueneruntur: &
haec tamen habent aliquam imagonem: Quid qui lapidem colunt
informem ac rudem: cui nomen est terminus: Hic est quem pro Ioue
Saturnus dicitur deuorasse: ne immerito illi boni tribuuntur: Nam cum
Tarquinius capitolium facere vellet: atq; eo loco multorum deorum sacra
ria essent: consulunt eos per auguria utrum Ioui cederent: & cedentibus
caeteris solus terminus mansit: Vnde illum poeta capitoli immobile sax
um vocat: nam ex hoc ipso: q̃ magnus Iuppiter inuenitur: cui nõ cessit
lapis ista fortasse fiducia: q̃ illum de primis faucibus liberauerit: facto
itaq; capitolio supra ipsum terminum nomen est in tecto relictum: ut
quia non cesserat: libero caelo fruetur: quo neipsi quod fruebantur: qui la
pidem frui putauerunt: Et huic ergo publice supplicatur: quasi custodi fi
nium deo: qui non tantum lapis: sed & stipes interdum est: Quid de his

Venus armata.
Iuppiter pistor.
Fornax dea.
Muta dea
Lara.
Caca.
Cunina.
Stercutius.
Tutinus.
Tarquitius
Virgilius